



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Medvlla Theologiæ Moralis**

**Busenbaum, Hermann**

**Monasterii Westphaliæ**

Dub. II. Quis minister, & quod subjectum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40957**

DUBIUM II.

Quis Minister, & quod subjectum?

Resp. I. Minister ordinarius validæ Cōfirmati-  
onis, est solus & omnis Episcopus, etiam excom-  
municatus, vel hæreticus: ex commissione autem,  
vel delegatione Pontificis, etiam simplex Sacer-  
dos. Est communis, v. *Fernand. Laym. l. 5. c. 3. c. 6.*  
*Bonac. d. 2. p. 2* Unde resolves.

I. Etsi Episcopus graviter peccet, si vel in aliena  
diocesi, vel sibi non subditos confirmet, sine pro-  
prij Episcopi consensu, saltem tacito, propter de-  
fectum juris dictionis: valida tamen est Confirma-  
tio, quia ista non requiritur necessitate Sacramen-  
ti, sed præcepti tantum.

II. Excusatur à peccato Episcopus, si ex alia dice-  
cesi accurrentes confirmet; quia præsumitur ta-  
citus consensus alterius Episcopi, cui id gratum  
esse censetur: præsertim si consuetudine ita rece-  
ptum sit, vel à proprio agrè confirmari possint. Ita  
contra *Bon. d. 3. de sacr. docet Tan. in 3. p. d. 4. q. 4.*  
*dub. 3. Sa. V. Confirmatio, & alii.*

III. Peccat graviter Episcopus, si longo tem-  
pore non confirmet: quia subditos ingenti bono  
privat.

Resp. II. Validè confirmantur omnes, & soli  
baptizati, nondum confirmati. Ratio est, tum ex  
illo *Act. 2. v. 2. Replevit totam domum*: tum ex usu &  
traditione Ecclesiæ: tum quia omnes indigent e-  
jus effectu, & sunt capaces. Licitè verò confirman-  
tur iidem, qui validè; dummodo constet non po-  
tente

nere obicem, sive Sacramento, sive ejus affectu. Ratio patet ex dictis. *Vnde resolves.*

I. Etiam infantes, & rationis impotes, *valde* hoc Sacramentum suscipiunt.

II. Et si quoad infantes, consultius sit, dāre usque ad rationis usum; tum ob irreverentiam sacramenti; tum ob periculum iterationis; tum ob Ecclesiæ usum: nihilominus ob rationabilem causam, etiam ante iis licitè datur, v. gr. si timeatur diuturna absentia Episcopi; vel hic ad ista loca rarè veniat; item si infans sit in periculo mortis, (in quo quidam dicunt debere dari) denique si sit filius Principis. *Laym. hic. t. 3. c. 6. Fill. tom. 1. t. 3. c. 2.*

III. Etiam perpetuò amentes (præsertim si aliquando usum rationis habuerint) licitè confirmantur; etsi per accidens nunquam sint spiritualiter pugnaturi. Ita *Suar. Fill. Laym. l. c. Con. q. 7. a. 8. n. 83.*

### DUBIUM III.

*Qua Confirmationis necessitas, & ceremoniam?*

Resp. I. Non est necessaria ad salutem, necessitate mediæ, neque per se præcepti. Est communis s. *Thom* & aliorum, contra *Scot.* & *Sylv.* Ratio, quia Ecclesia non urget ejus susceptionem ullis pœnis; tum quia nec ex scriptura, nec traditione, neque sine aut institutione Sacramenti, tale præceptum colligitur. Et Canones, qui in contrari-